UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

18. Concursui sit locus in parochialibus monasterio annexis aut subjectis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

dum, uti eodem in loco poſt ancipitem diſputationem conlcudit idem Federicus *d.*
*conſ.*14.idque niſi talis ſit Abbas, cui præſcriptione, aut privilegio Juriſdictio Epiſco-
palis competat.*cap. Abbates de Privil.in* 6.*Clem.*1.*ubi Glo.verb.propriis de reb. Eccl.non*
alien. qua de re vide etiam Abbatem. *Monachi nu.*4.*de ſent.excomm.* ubi dicit quæ-
ſtionem eſſe perplexam, ideò Lectoris judicio utram ſequi malit opinionem relinquo.

QUÆSTIO XVII.

Monachus Exemptus factus Paſtor, utrum exemptionem retineat?

SUMMARIUM.

1. *Monachus factus Paſtor, privilegia Monaſterii non retinet, nec talis debet ad electionem, alioſque Monaſterii tractatus vocari.*
2. *Monachus per aſſumptionem ad Eccleſiã Parochialem, liberatur à jugo Monaſtico, deſinitque eſſe Monachus clauſtralis.*
3. *Nec morari debet in Monaſterio.*
4. *Limita ut nu.*4.
5. *Monacho emancipato quis ſuccedat.*

NEutiquam: quia talis privilegia Monaſterii non retinet. *Innoc. hiſt. cap.ult.de.Reb.*
*dom & in c.*1.*in fin de Privileg.in* 6.*Feder.conſ.*55.*col.*7. nec debet ad electionem, 1
alioſque Monaſterii tractatus vocari, Innoc. Hoſt. & Feder. d.loco, ut nec in illius
perſonæ Monaſterium commodum aliquod ſentire poteſt. *Fed.d.loco.conſ.*35. Ne-
que refert, quod talis non deſinat eſſe Monachus: quia per talem curam Parochia-
lem liberatur à jugo Monaſtico, deſinitque eſſe Monachus clauſtralis, *Feder.d.conſ.* 2
35.*col.*7. eſtque Monachus quidem habitu, ſed non actu. *DD.cap.de multa de præb.*
Innoc.cap. licèt Canone de elect.in 6. *Feder.d.conſ.*35. *col.*10. ideoque nec vocem habet
in Capitulo, nec morari poteſt in Monaſterio, *Innoc. & Hoſt.cap.ult.de reb. Archid.c.*1 3
in fin de privileg.in 6.*cap.*1.*de ſtatu Monach.c.relat.de teſtam. Feder.d.conſ.*35.*col*10. & 11
Quod tamen verum intellige de Monachis, qui per ſuos Prælatos præfecti ſunt Ec-
cleſiis non unitis, & incorporatis Monaſterio: nam de his talibus, certum eſt illos 4
ſubjectos remanere, nec cenſentur propriè ex Monaſterio, nec ab obedientia Ab-
batum tranſlati, *eleganter Wameſius conſ.*70.*de Judic.num.*17. Quis autem ſuccedas 5.
Monacho emancipato latè diſcutit idem Federicus *d.conſ.*35. & etiam Navarrus
*conſ.*6.*n.*3.*& fin.De Teſtamentis*, ſupra etiam à me laudatis *q.*14.*q.*4.*in fin.*

QUÆSTIO XVIII.

Concurſui an ſit locus in Parochialibus Monaſterio annexis, aut ſubjectis?

SUMMARIUM.

1. *Promotus ad Eccleſiam alicui Monaſterio ſubjectam vel annexam, examinari in concurſu non debet.*
2. *Eccleſia qui probetur annexa vel unita Monaſterio.*
3. *Quid de Eccleſiis vicariis?*

NOn eſſe ejuſmodi Eccleſias alicui Monaſterio ſubjectas vel annexas, aut de
menſa,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

menſa, concurſui obnoxias, ſed ſatis eſſe quod ab Epiſcopo judicentur idonei, de-
finivit Rota Romana. *Farin.deciſ.*102.*nu.*1,*part.*1.juxta tradita *cap.*1.*de capell.monach.*
Eccleſiam autem ſubjectam eſſe annexam, vel de menſa, multifariam probatur, &
2 quidem primo per inſtrumenta unionis vel annexionis. *Farina. d. deciſ.*102.*nu.*1.
ſecundo, per alia indicia, nimirum ſi probetur Monaſterium ante Eccleſiæ ædifica-
tionem dominii jure habuiſſe fundum in quo Eccleſia inædificata eſt, *glo.* & *DD.cap.*
*de Monach. verb. proventibus de præbendis. Butr. c.eam nu.*11. *verſ.nota hanc gloſſ. de*
ætate & qualis. Fel.cap. ex parte 2.*nu.*1.& *ſeqq. de Reſcriptis.*
Tertiò, per ſolutionem onerum: ſolutio enim onerum pro aliqua Eccleſia deno-
tat Dominium illius Eccleſiæ pro qua ejuſmodi onera ſolvuntur, ad ſolventem perti-
nere *d.cap.de Monachis d.cap.avaritiæ de præbend. Lambert.d.loco* de quo articulo vide
etiam quæ infra ſcripſi *qu.*23.

Quæ concluſio etiam ad Vicarias perpetuas Monaſteriorum eſt extendenda, uti
3 reſolvit idem Farinaceus *d.dec.*102.*nu.*9. & 10.*part.*1. quia de deputatione Vicarii
perpetui Eccleſia non deſinit eſſe de menſa. *Vital.Clem.frequens nu.*35.& 84.*de ex-*
*ceſſibus Prælat. Farin.d.deciſ.*102.

QVÆSTIO XIX.

An per clauſulas derogatorias derogetur privilegiis habentibus clauſulas derogatorias clauſularum derogatoriarum?

SUMMARIUM.

1. *In ambiguis recurrendum ad S. Sedem.*
2. *Quod etiam extenditur in ambiguitate reſcriptorum.*

DEciſio hujus dubii pendet ab energia & pondere clauſularum, uti reſpondit
licet ambiguè, Federicus de Senis *conſ.*233.*adde Decium cap.quod ſemel de reg.*
Jur.in 6. *Cravet.conſ.*119. Si verò clauſulæ ſint tales, quæ eadem penſari poſſint trutina,
1 neque ex eis poſſit judex animi ſui motum alterutram in partem deflectere, erit pro
interpretatione ad S. Sedem recurrendum, *cap.inter alia de ſent. Excomm. cap.ordinarii*
§.ſi verò de offic.ord.in 6.*cap.de ſent.Excom.c.ordinarii §.ſi verò de offic.ord.in* 6.*cap.cum*
*veniſſet de Judiciis. Feder.d.conſil.*233. ut & quoties de interpretatione, veritate, falſita-
tevè Reſcriptorum dubitatum eſt, ad S. Sedem reſcribendum. *Feder. de Senis conſ.*
2 219.*arg.etiam c.*2.*de Reſcript.* & *cap.*2.*de crim.falſi cap. in memoria diſt.*19. alioquin
enim id negligens, falcem ſuam in meſſem Pontificiam immittere cenſebitur. *d.*
cap.ordinarii & in alia ſpecie fautor falſificantium exiſtimabitur, *c.quanta de ſen. Ex-*
com.cap. negligere 23.*qu.*7. *Feder.d. conſ.*219.

QVÆSTIO XX.

Quæ eſt vis clauſulæ, *Quorum tenores*, &c.

SUM-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN